

iudex Nicolaus de Venusio

63

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

iudex Nicolaus de Venusio

63

1488-05-19

† In nomine Domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate eiusde millesimo quadragesimo octuagesimo octavo. Regnante... Ferdinando Dei gratia Sicilie, Ierusalem et Hungarie rege, regnorum... eius anno vicesimonono,... mense Madii, die decimonono eiusdem, sexte indictionis, Mathere.

Nos Nicolaus de Venusio de civitate Mathere, per totum regnum Sicilie citra farum regia auctoritate ad contractus iudex, Petrus de Paulicello de eadem civitate,... publicus ubilibet per totum dictum regnum... regia auctoritate notarius et testes infrascripti... notum facimus... quod... constitutus Silvester de Iacobo de Mathera, syndicus civitatis Mathere pro presenti anno... asseruit qualiter... magister Franciscus de Curento de Vigyeno, habitator et civis... Mathere, citatus extitit coram... utriusque iuris doctore... Bartholomeo de Verino, iudice delegato per sacram regiam maiestatem, ut deberet sub certo termino comparere responsurus... Roberto Pissicello, archiepiscopo Brundusino et Mutulano, de et super quadam domo, que... fuit per universitatem civitatis Mathere vendita dicto magistro Francisco. Et quia magister Franciscus ipse ex instrumento venditionis per dictam universitatem sibi facto requisivit eumdem Silvestrum syndicum... tamquam suum actorem, ut deberet dictam domum defendere. Et quia ad presens non potest personaliter comparere coram dicto... iudice delegato... cum ad magis ardua et negotia sui officii sindicatus occupatus et impeditus, igitur confisus... de fide, prudentia, sufficientia, legalitate et doctrina... Gasparis de Angelis de Mathera utriusque iuris doctorem, ipsum... constituit... suum... procuratorem...

1

2

3

† Ego Nicolaus Venusius regius qui supra ad contractus
iudex predi-/-cta fateor vera esse et me subscripsi † Ego
d. Antonellus Visci de Matera premissis interfui testis et
me subscripsi † Ego d. Angelus Antonii de Porcho de
Matera premissis interfui testis et me subscripsi † Ego
dompnus Angelus de Charimonte testis interfui † Ego
dompnus Iohannes de Paulo de Matera testis sum

Arcivescovo di Brindisi (1484-†1513), di famiglia
napoletana. Dall'aprile 1487 fu anche amministratore
apostolico di Mottola (Eubel, *Hierarchia Catholica*, II, p.
111).

G [ut dixit]

G [magni viri domini]